

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1543

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 99

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Cerisy-la-Forêt, Saint-Vigor (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1042, 20 avril

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard donne à l'abbaye de Cerisy, la dîme des deniers de la vicomté de Cotentin, la dîme des vicomtés de Coutances et de Gavray, celle prélevée sur les moulins et sur tous les revenus des forêts de Montebourg, de Brix, du Rabey, de Cherbourg, du Valdecie, de la Luthumière ; la dîme des pasnages, des plaids, du bétail et des venaisons, la dîme des coutures duciales à Valognes, avec un hôte affranchi de toute coutume ; à Quettehou un hôte et sa terre, affranchi de toute coutume ; l'église de Rauville avec un alleutier ; à Sotteville, le tiers de l'église et un alleutier ; à Jersey, les églises d'Arsmoutier et de Saint-Martin-le-Vieux, avec le tiers de la dîme du grain ; le quart de Withulle affranchi de toutes coutumes duciales ; un alleutier à Emondeville, libre de toute coutume ; Littry et ses dépendances, libres de toutes coutumes ecclésiastiques et séculières ; le Bois de la Queue, situé entre la source du Ruisseau Morel et Montfréard, avec toutes ses coutumes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°99, p. 254-255.

Texte établi d'après a

Ego Guillelmus Normannorum dux, abbatiam Cerasii in honore Sancti Vigoris a patre meo constitutam augere studens, pro remedio anime mee atque ipsius, eidem loco donavi decimam omnium denariorum vicecomitatus Constantini et decimam vicecomitatus Constanciarum et decimam vicecomitatus Waretii, in molendinis, in luco et omnibus redditibus meis, in silvis meis, scilicet in silva Montisburgi et in silva de Bruis et in silva Rabeti, et in silva Cesarisburgi, et in silva Vallis Seie, et in silva Lutumerie, et pratorum donavi decimam eidem ecclesie in pasnagiis, in placitis, in vaccariis, in porcariis, in venationibus ; in Valgleigniis decimam culturarum mearum et unum hospitem ab omni consuetudine liberum ; in Chetellehou dedi unum hospitem cum terra sua ab omni consuetudine liberum ; dedi etiam ecclesiam Radulville et unum allodialem in ipsa villa, et in Sotevilla tertiam partem ecclesie et unum allodialem, et in insula Gerseii duas ecclesias liberas, scilicet ecclesiam Sancte Marie Arsi Monasterii et Sancti Martini Veteris cum terris suis, et etiam partem decime de annona ; item dedi quartam partem tocius Withulle, scilicet terram quam Wigotus Barbatus tenebat in alodio liberam et absolutam ab omnibus consuetudinibus mihi pertinentibus ; dedi quoque unum alodialem in Amundavilla quietum ab omni consuetudine. His supradictis super atcrevi Listreium cum omnibus appenditiis suis, cum ecclesia, cum silvis, cum molendinis, cum aquis, cum pratis, liberum et absolutum ab omnibus consuetudinibus tam ecclesiasticis quam secularibus ; itidem concessi silvam que Cauda vocatur et terminatur ab ortu rivuli Morelli usque ad Montem Friardi, cum

omnibus consuetudinibus quas prius habebat. Hanc cartulam, ego Willelmus Normannorum dux, mea auctoritate confirmo et ab omnibus consuetudinibus liberam et absolutam esse concedo. Quicumque vero ex his omnibus violare presumpserit anathema sit. Actum est hoc, anno Dominice Incarnationis .M°. XL°. II°. .XII.º Kalendas Maii, regnante Henrico rege Francorum.

Signum Willelmi comitis +. Signum Mathildis comitisse +. Signum Rogerii de Monte Gomerii +. Signum Willelmi filii Osberti +. Signum Alveredi Gigantis +. Signum Tustini Haudub +.